

## **Forum Beneficiale, Sive Quæstiones & Responsa Canonica**

Materiam De Beneficiis Universam Ex Beneficialistarum tam antiquorum,  
quàm recentiorum placitis complectentia. Opus methodo novâ, & clarâ in  
tres digestum Partes ... accuratè, ac copiosè instructae

De Vacatione, Amissione, Et Extinctione Beneficiarvm ...

**Leuren, Peter**

**Coloniæ Agrippinæ, 1704**

746. An simoniacum sit Resignatarium facere Resignant beneficium, vel  
danti spirituale donationem merè spontaneam, gratuitam, & pruè  
liberalem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74494](#)

receptata à conferente beneficium est pactum de tali determinata impletione, ergo fieri potest pactum de adimplenda obligatione antidorali per aliquid temporale, adeoque de tali compensatione gratuita, Nam ad summum potest promittere adimplere obligationem antidoralem determinate per aliquid temporale, non contrahendo ex illa promissione novam obligationem ultra antidoralem, sed manendo in sola obligatione antidorali, ita ut determinare quidem se possit ad dandum illud temporale, citra tamen, quod propterem maneat obligatus ad dandum illud, cum non intenderit se obligare ultra id, ad quod obligabatur obligatione antidorali, quae obligatio aliter sufficienter impleti potest. Hinc si dicta promissio aliud nihil est, quam commemoratio & recognitio obligationis antidoralis, non inducens novam obligationem, sed relinquentes promittentem non obligatum ad talem compensationem, quam sponte obtulit, sed potenter mutare in aliud obsequium, fundendi, v. g. pro benefactore preces, non erit simoniaca talis promissio; secus, si ea ampliorem obligationem quam pure antidoralem superaddat. Cardenas loc. cit. n. 59. citans Suar. l. 4. de simon. c. 45. n. 9. Et quidem addit Cardenas n. 51. in fine, hoc procedere magis in speculatione, quam in praxi, in qua verba promissoria practice solent relinquere homines in nova obligatione ultra antidoralem. Nec dicas tertio: non dari simoniā, nisi ubi datur temporale tanquam premium rei spiritualis, vel contra illud autem temporale, quod datur etiam cum pacto expreso ob gratitudinem, non datur tanquam premium. Nam eti simonia definitur sub terminis emptionis, & venditionis, & pretii, nomine tamen venditionis, & emptionis in hac materia intelligitur quilibet contractus onerosus, seu non gratuitus, aut commutatio spiritualis pro temporali, aut contra juxta expressa verba D. Thomae paulo supra data, Cardenas n. 62. & 63.

4. Atque ex his vides, quid dicendum ad hunc casum ordinarium, dum aspirans ad beneficium, seu resignatarius non volens determinare certam pecuniam, aliquid temporale, dicit solummodo resignatio: *confide in me, jum vir honestus, ero tibi gratus: in utramque non contineo ea simoniā, si finicer exponendo solum per ea suam obligationem antidoralem, proferantur; secus, si taliter profrantur, ut arcens circumstantiis significetur intentio dandi temporale pro spirituali. Quamvis enim prolato istorum verborum nudè sumpta non significet aliquod munus temporale tribuendum, ex circumstantiis tamen, & communī usū & modo loquendi inter eū modi Clericos usitato, verè significat, tribuendam esse compensationem temporalem; qui autem promittit, ē daturum ex gratitudine compensationem temporalem, iuxta dicta novam inducit obligationem antidoralem.* Cardenas loc. cit. n. 65. & 66. qui etiam n. 67. subjugit, fore hanc simoniā non mentalem, sed & conventionem subiectem p̄nēs Canonicis; ed quod, cum ea verba inter eos ita sint accepta, ut significat promissionem compensationis temporalis, non sit simoniā tantum ex intentione, sed etiam ex significatione verborum, & liguis externis.

**Questio. 746.** An simoniacum sit, Resignarium ( & in genere recipientem aliquid spirituale, vel spirituali annexum ) facere resignanti beneficium, vel danti spirituale donationem merē spontaneam, gratuitam, pure liberalem, in hoc distinctam à compensatione gratuita, quod non sicut illa detur pro spirituali, quamvis fiat precedente datione rei spiritualis?

**R**espondeo primò: Quasi supponendo, posse hoc ipsum quoque prohiberi ab Ecclesia. Castrop. de simon. d. 3. p. 5. n. 1. ( quamvis is non satis in hoc videatur distinguere donationem merē spontaneam à gratuita compensatione, vel à medio consequenti spirituale tanquam finem, ducat, postle Ecclesiam donationem temporalem non solum onerofam, sed etiam gratuitam, si fiat pro spirituali consequendo, prohibere ob reverentiam rerum sacrarum, & ne videantur commutari, & donis temporalibus obrinari ) Cardenas in Crisi super 46. quest. damnatas ab Innoc. XI. differt. 27. num. 70. in terminis expressis in quæstione citans Suar. l. 4. d. simon. c. 49. n. 5. Gibal. de simon. q. 18. confitetur. 2. n. 2. Ecclesia siquidem non solum prohibere potest actiones ex se pravas, sed etiam eas, quas judicat affere suspicione aut speciem mali, iuxta illud Apostoli 1. Ad thessalon. 5. ab omni specie mali abstineat; Jam vero Ecclesia recte judicare potest, doationes gratuitas factas à recipientibus spiritualia haberere suspicionem & speciem mali, & quidem simoniā, ergo. Cardenas loc. cit. n. 71. & 72. Neque obstat, quod præsumptio hæc seu species mali, nimurum pacti initi, in qua fundatur hæc lex prohibens, hic & nunc possit esse, & sic quandoque falsa. Nam quando præsumptio, sive vera sive falsa, ipsa censetur indecens respectu rerum, spiritualium, seu secum affere indecentiam, aut documentum, aut aliud grave inconveniens, ut contingit in praesenti, & lex fertur propter illam indecentiam, & documentum vitandum, quod afferit actio aliqua, non cessat adhuc finis, eti præsumptio sit hic & nunc falsa, & consequenter lex pergit obligare. Cardenas loc. cit. num. 75. & 76.

2. Respondeo secundò: Dum Ecclesia tales actiones prohibere potest intuitu religionis, ut sat ostendit ratio allata à Castrop. & Cardenas, si eas intuitu religionis prohibuit, erunt simoniace. Cardenas loc. cit. n. 74. citans Suar. ubi ante. Dum enim Ecclesia prohibet actionem intuitu religionis, violatio illius prohibitionis est irreligiosa & sacrilega, adeoque spontanea illa donatio facta contra prohibitionem talem fore imprimis sacrilega: dein, cum prohibitio talis donationis non fieret uncunque intuitu religionis, sed quia illa donatio, licet spontanea, haberet speciem mali, & commutations temporalis pro spirituali, adeoque jam esset irreligiosa & sacrilega, non utcunque, sed in eodem ordine, in quo est commutatio temporalis pro spirituali, Cardenas loc. cit. n. 74.

3. Neque opposas: Non videri adhuc tali gratuitæ donationi convenire definitionem simoniæ, utpote quæ definitur, studiosa voluntas emendi, vel vendendi aliquid spirituale, vel spirituali annexum, ita ut juxta D. Thom. & DD. passim hinc verbis comprehendatur omnis contractus non gratuitus, qualis non est dicta donatio. Nam re-

spondet Cardenas loc. cit. n. 78. cum Suar. loc. cit. definitiones rerum moralium intelligendas esse in eo sensu, qui colligitur ex dispositionibus Ecclesie; adeoque si Ecclesia intuitu Religionis prohibeat non solum contractus onerosos, sed etiam eas actiones, que habent speciem & suspicionem talium contractuum, quia talem suspicionem censet indecentem respectu rerum spiritualium, dicendum esse, quod definitio illa simonia intelligi quoque debet de contractu existimato, prohibito ut tali.

4. Neque praterea opponas cum Goneto in dissertat. de probabilitate. n. 147. ( ubi assumptio hoc principio ex Durando, quem refert Suar. to. 1. de relig. tr. 3. l. 4. c. 7. negat contra communem, dari simoniaca ullam juris purè humani, illamque esse penitus chymericam) cum Ecclesia nequeat mutare rerum naturas, prohibitione sua efficere non posse, ut hæc gratuita donatio, qua ex natura sua, nec etiam jure divino ( intellige, positivo) est simonia, evadat per illam prohibitionem simoniaca. Nam per hoc, quod datur simonia juris humani, sive quod actio, que ex se non erat simonia, reddatur vi talis prohibitionis simoniaca, non mutari rerum naturas, patet ex obvis exemplis. Sic minimè mutat rerum naturas, dum prohibebit veluti carnibus die veneris, reddit illud malum, quod ex se m. l. non erat. Sic dum Ecclesia, ad quam pertinet determinare cultum, quo veneranda est Eucharistia, prohibendo, ne ea sumatur à non jejunio, facit vi hujus sui præcepti, ut sit sacrilegium, quod ante hoc præceptum ne quidem malum erat, non mutat naturam summptionis Eucharistie; quin potius ipsa natura rei postulat, quod, dum Ecclesia id præcipit ob reverentiam Eucharistie, qui violat hoc præceptum, delinquat contra reverentiam debitam Eucharistie. Pari modo, dum præcipiendo ex motivo religionis, neminem privat auctoritate commutare suum beneficium cum alterius beneficio, quod prius erat licitum, facit, ut id evadat illicetum irreligiositate simonia. Idem est, dum Trid. sess. 24. c. 18. statuit, ne quicquam detur etiam gratis & liberaliter examinatiori occasione examinius ad Parochiam, alioqui vitium simoniae incurrit; minimè Ecclesia mutavit naturam simoniae, aut etiam actionem istarum, ideo præcisè malarum & simoniacarum, quia ab ea ex tali motivo prohibita. Cardenas loc. cit. n. 10. & 11. remittens ad Suar. cit. c. 7.

5. Respondeo tertio: Num verò de facto ab Ecclesia donationes purè gratuitæ factæ occasione accepti aliqui spiritualis prohibita sint tanquam simoniae, de hoc inquit non convenit inter AA. nam primò negativam tenent. Castrop. loc. cit. n. 6. hisce expressis: non invenio ullibi gratuitam aliquam donationem prohibitam ab Ecclesia intuitu religionis, & tanquam simoniaca tam ex parte recipienti quam conferenti; imò neque aliquam donationem oneram, qua peditio aut emptio non sit, extra materiam loquor beneficiorum { per quæ verba parenthesis, inclusa censere videtur à contrario, in materia beneficiorum donationem onerosam, abique eo, quod venditio aut emptio sit, non verò aliam donationem merè gratuitam esse ab Ecclesia tanquam simoniaca prohibitam} in & foro conscientia: nam in foro externo, quicquid donatio fiat cum onere dandi spirituali, nisi jam sit ab Ecclesia approbata, semper presumitur dari pro ipso spirituali in commutationem, ac

proinde ut simoniaca punitur; in foro tantum conscientia simoniaca non erit, sed vel iniusta, vel aliud virtutum. &c. Idem cum Castrop. docet Gibal. loc. suprà cit. apud Cardenam, cit. disserr. 27. n. 80. Econtra affirmativa tenet Cardenas ibid. n. 81. & in eandem inclinare ait Suar. l. 4. de simon. c. 49. nempe, in materia Ordinum de facto prohibitat tanquam simoniacam donationem purè liberalem. Et primò quidem, dum Trid. sess. 21. c. 1. ait: nibil pro collectione quorumcunque Ordinum, nec pro literis dimissoriis, etiam sponte oblatum, Episcopi & alii Ordinum collatores, aut eorum ministri quovis praetextu accipiunt &c. prohibeti autem his verbis tam dationem illum merè gratuitam, quam receptionem illius, ex eo probat Cardenas nu. 82. quod in procēsio dicitur: quoniam ab Ecclesiastico Ordine avaritia suspicere abesse debet &c. & suspicio avaritiae sit suspicio contractus onerosi, in quo datur temporale pro spirituali. Quodque non solum indecent fit & irreverens contractus onerosi, quo detur temporale pro ordine suscipiendo, sed etiam censori à Concilio irreverentem & indecentem sacris Ordinibus suspicionem talis contractus; motivum autem prohibendi actionem propter suspicione contractus talis onerosi sit eidem rationis, ac motu prohibendi actionem propter verum contractum onerosum. Verum subiungit Cardenas, scire semper nominius AA. ( inter quos est Castrop. & quem is citat, Lessius. l. 2. de Jus. c. 35. n. 61.) in hac prohibitione nullam agnoscere simoniaca, sed vel iniustitiam vel inobedientiam, vel avaritiam. Quia & Castrop. loc. cit. citans Lessi. ubi ante. n. 72. Salzedo. in præ. crimin. c. 27. n. 123. Man. to. 2. sam. c. 56. addit. hoc decretum intelligendum non nisi de dantibus sponte ante Ordinum susceptionem, & de iis, qui post Ordinationem ex obligatione præcedente tribunt; non de iis, qui post Ordinationem sponte dant aliquid. Secundo, dum Trid. sess. 24. c. 18. quod ad Examinatores pro Parochiali sic statuit: caveant, ne quicquam propter occasionem hujus examinius { per quæ verba satis constare videtur, quod loquatur Concilium de donatione purè gratuita & liberali; cum non dicat pro examine} accipiant, alioqui simonia virium tanquam, quam dantes currant. Verum, neque per hoc decretum liberali donationem prohibitam esse, sed solammodo donum, quod tanquam pretium daretur, tenet, & pluribus stabilit. Castrop. loc. cit. n. 3. De certiori neque ipse Cardenas in hac materia omnino regidus, uliam de ea mentionem facit, num dare purè liberaliter aliquid occasione accepti vel resignati beneficii sit simoniaca, aut verum ab Ecclesia.

6. Porro in dubio, num temporale datum sit merè gratuitum, au verò per modum pretii, vel etiam ex obligatione aliqua ultra antidoralem, consideranda sequentia ex Pith. ad rit. de simon. n. 13. Primo qualitas persona dantis, & recipientis, si dives, an pauper; cum donum respectu divitis parvum posse esse magnum respectu pauperis. An amicus, consanguineus; cum facile inter coniugatos presumatur liberalis donatio; si etiam nobilitas persona per se est iudicium gratuita donationis: sic attendenda etiam integritas morumque honestas in dante, ac recipiente, ob quam presumitur quoque donum temporale ex mera liberalitate profectum. Pith. loc. cit. citans Suar. l. 4. de simon. c. 36. n. 12. Secundo consideranda quantitas dati, si enim ea sit nimis magna, non censetur libera-

beraliter data; quia nemo presumitur suum prodigiare: Si autem nimis parva, seu modici pretii, pro nihil reputatur, quia verisimile non est, dari pro re tam praestante, ut est res spiritualis: Si est mediocris, consideranda hac quantitas in ordine ad personam dantis & accipientis, & si data est pecunia numerata, etiam modica quantitas sufficit ad presumendam simoniam, si non adgit causa honestans: Si autem res data fit pertinens ad cibum & potum, & in modica quantitate, pro nihil reputatur, Pirk. loc. cit. juxta c. eti questiones de simon. Tertio circumstantia temporis seu occasio donationis; urgente enim necessitate, quia hic & nunc quis indigeret illa temporali, dann censetur potius dare liberaliter ad subveniendum necessitati, Pirk. loc. cit. ex Abb. in cit. eti questiones. n. 3. Sic considerandum, an minus temporale detur ante receptionem spiritualem; tunc enim non ita faciliter presumitur datum ex liberalitate, sed potius ad permovendum animum daturi spirituale: An in ipsa receptione spiritualis, vel in continentia post eam; quia & tunc habet magis speciem compensationis, quam gratuitate donationis: Secus, si post receptionem ex intervallo detur: tunc enim faciliter presumitur ex mera liberalitate & gratitudine dari: Concludit vero Pirk. citans pro hoc Suar. ubi ante, nu. 14 presumptionem defumpram ex circumstantia temporis per se sufficientem non esse ad inducendam simoniam, nisi Ecclesia prohibitor interveniat; cum in quolibet tempore posset habere locum pura intentio & gratuita donatio.

**Questio 747.** An, & qualiter simoniacum sit resignare, vel conferre beneficium exigen-  
do a resignatario, vel collatario juramen-  
tum fidelitatis?

1. Respondeo primò: Exigere, ut & praestare hominum seu homagium (quod in coiffer à juramento fidelitatis, quod homagium praestatur Imperatori vel Regi, ita ut fiat per hoc subditus illius, & non recognoscatur alium Superiorem, & obligetur ad certa servitia. Fidelitatis vero juramentum sit, quando quis specialiter promittit ac jurat, se alteri fore fidelem, quod juramentum potest pluribus praestari, Pirk. ad tit. de simon. n. 83. ex Abb. ad c. ex diligenti, eod. tit. n. 1.) pro beneficio obtinendo est simoniacum juxta textum expressum cit. c. ex diligenti, Pirk. loc. cit. homagium enim propriè acceptum continet temporale commodeum ejus, cui praestatur; nam, ut dictum, praestans illud efficitur illius subditus & vasallus, & obligatur illi ad certa servitia, que pro spiritualibus obtinendis praestari non debent juxta quod dicitur c. fin. de reb. jud. indignum est, & à Romane Ecclesia consuetudine alienum, ut pro spiritualibus sacre quis homagium compellatur &c. Eaque talis subjeccio minus ab obsequio, quod simoniam inducit. Pirk. loc. cit.

2. Respondeo secundò: Juramentum quoque fidelitatis resignanti, vel collatori inferiori Episcopo praestare pro beneficio consequendo, simoniacum est, argumento cit. c. ex diligenti, juramentum enim fidelitatis praestandum est Episcopo, vel alteri habenti quasi Episcopalem jurisdictionem, non autem Prelatis inferioribus, v. g. Archidiacono (de quo est expressè citatus textus) etiam si ad eos

spectet collatio certi beneficii ex speciali conce-  
sione, vel prescriptione, Pirk. loc. cit.

3. Respondeo tertio: Non tamen erit simoniacum, recipientem beneficium praestare juramen-  
tum fidelitatis, etiam Prelato inferiori, vel Capitu-  
lo, dum hoc, vel ille beneficium confert; cum id  
praestetur non tam pro consequendo, vel etiam ob-  
tentio beneficio, sed occasione beneficij juxta sta-  
tuta disponentia, ut, qui consequitur beneficium  
tale, promittat fidelitatem, non obstante cit. tex.  
c. ex diligenti; utpote in quo Archidiaconus ille  
exigit omnino modum subjectionem à Clerico obti-  
nente à se beneficium, ac ideo tota obligatio, etiam  
fidelitatis, fuit cassata, ut nullum Archidiaconus inde reportaret commodum, Pirk. loc. cit. ex Abb.  
incit. c. n. 4.

**Questio 748.** An simoniacum sit, ab eo  
qui de novo receptus est in Canonicum, pro  
vel in admissione in possessionem Canonica-  
tus vel præbenda, seu beneficij, vel ad perce-  
ptionem distributionum ante, vel post exigē,  
vel solvi aliquid temporale, etiam modi-  
cum, v. g. pecunia aliquid, vel partem fru-  
ctuum primi anni, prandium vel convi-  
vium, & similia pro Canonicis vel Benefi-  
ciatis illius Ecclesia?

1. Respondeo: Esse id simoniacum, non obstan-  
te statuto, vel consuetudine, etiam immemo-  
riali, argumento c. Jacobus. de simon. Trid. sess. 24.  
c. 14. ubi dicuntur illiusmodi ingressus simoniac-  
labis suspicionem non habere, & Paris. v. in Bulla  
declaratoria hujus decreti, edita Calend. Jun. 1570. Pirk.  
ad tit. de simon. n. 91. Less. de Just. l. 2. c. 35. nu. 111.  
(ubi quod nisi ex antiqua consuetudine hec solita sint  
converti in pios usus, censetur simonia, & incurritur  
pana simoniacorum juxta Trid. & Bullam Pii V.) Garc.  
de benef. p. 8. c. 1. n. 83. citans Abb. Anan. Felini. in  
c. c. Jacobus. Rebuff. in concord. tit. reservat. s. fin.  
Gutier. qq. Canonic. l. 1. c. 29. à n. 26. Tusch. Concl.  
252. lit. s. à n. 12. Rodriq. in sum. ro. 2. c. 58. n. 12.  
Sylv. Vegam. &c. Item recitans declarat. S. Con-  
gregat. in una Leodiensi, & Extrav. 1. de simon. in-  
ter commun. Et post hanc declarationes, & scripro-  
res, eadem Trid. decretta & dispositionem Pii V.  
severissime innovat Papa Innoc. XII. in Bulla sua,  
qua incipit: Ecclesia Catholica, quam vide, uti &  
dicta supra, ubi, qualiter non vacet beneficium  
per adoptionem alterius incompatibilis, nisi post  
ademptam fructuosam illius possessionem. Quin &  
simoniacum committere eum, qui pro repellenda  
contradicione pacifceretur cum ceteris Canoni-  
cis, & beneficiatis de servando eos indemnes ab  
omni damno, & interesse ob receptionem de se fa-  
ctam, ait Lott. l. 3. q. 29. nu. 131. sic decisum in-  
quiens à Rota apud Seraph. decisi. 767. n. 4. Et hoc  
ipsum procedere, ait Lott. ibid. nu. 132. respectu  
erit omnia annexorum, pro quo citat Lamb.  
de jurep. l. 1. p. 1. q. 9. 2. II. n. 2. id pluribus exem-  
plificantem.

2. Unde jam, licet Trid. loc. cit. approber hu-  
iusmodi statutum, vel consuetudinem, dum id  
quod dari consuevit, convertitur in usum pios, pu-  
ta, in usum fabrica Ecclesiae, sacrificia, vel paupe-  
rum: Quamvis etiam alias communis esset opinio  
, valere hujusmodi consuetudinem in usum  
pium, quando non praecessit exactio, non tamen